

H

in signaculo. uenit in lege. uenit in corpore. Aduentum eius ex bene-
 ficis recognoscimus. Alibi purificatio. alibi sanctificatio. alibi iu-
 stificatio est. Circumcisio purificauit. sanctificauit. lex. iustificauit
 gratia. Unum in omnibus. unum omnia. Nemo enim mundari potest. nisi qui me-
 ritum dominum. Nemo legem meretur accipere. nisi purificatus a culpa. Ne-
 mo accedit ad gratiam. nisi nouerit legem. Ergo populus iudeorum. neque
 purificari potuit. quia circumcisionem non animi sed corporis habuit. ne-
 que sanctificari. quia uirtutem legis ignorauit. quia carnalia magis quam spi-
 ritualia sequebatur. lex autem spiritualis est. neque iustificari qui delictorum suorum pe-
 nitentiam non gerebat. ideo gratiam nesciebat. Oportet ergo nullum in
 synagoga fructus inuentum est. ideo iubetur excidi. Sed bonum cultum
 et fortasse ille in quo ecclesie fundamentum est. presagient alterum ad gentes.
 se autem ad eos qui ex circumcisione facti esse mittendum. et religiose ne ex-
 cidat inuenit. fratrum uocatione sua et populum iudeorum peccatam
 posse saluari. ideoque dicit. Dimitte illa et hoc anno. usque dum fodiam
 circa illa. et mittam cophinum stercoris. Quam cito duritiam iudeorum su-
 perbiaque. causas esse sterilitatis agnouit. Itaque nouit excolere. quomodo
 ut uita deprehendere. Pollicetur dura cordis eorum apostolicis ligonibus
 esse fodienda. ut longo in cultu spiritu uitali obductum. sermo bis acu-
 tus inuertat. et corde percussio erentet sensum aereo spiramine iam
 uigentem. ne radice sapientiarum acerrimus obruat et abscondat.
 Cophinum quoque stercoris dicit esse mittendum. Magna profecto uis stereo-
 ris. quod tanta est ut de infertundis fecunda. de arenis uirentia. de
 sterilibus faciat fructuosa. In quo sedet iob cum temptaretur. et uinei neque-
 uit. et paulus estimat stercorea. ut christum lucrificat. Venique cum
 ante iob plurima perdidisset. per ea que sedit in stercore. non habuit
 quod ei diabolus posset auferre. Bona ergo terra que foditur. bonum stercol
 quod mittitur. Venique dominus de terra suscitatur in opem. et de stercore eri-
 git pauperem. Itaque per intellectum exercituum. spiritualis et humilitatis
 affectum. et iudeos in euglium christi cultor. ille bonum fore existimat

44

45

46

H